

famulantium necessitatibus auxilium libentius porrigimus, tanto id nobis ad mortalem vitam temporaliter deducendam et ad futuram féliciter obtinendam commodum provenire confidimus. Igitur notum esse volumus cunctis fidelibus sanctas Dei Ecclesias nostrisque, prsssentibus scilicet et futuris, quoniam adiré serenitatem nostram Ciraldus cornes et fidelis noster suppliciter flagitans, quatenus monachis ex monasterio Kariloci, quod est dicatum in honore sancti Stephani, in comitatu Mati(scon)ensi. Cujus petitioni utpote rationabili annuentes, per hos nostrae Celsitudinis apices concedimus ad ipsum monasterium monachisque ibidem Deo militantibus abbatiolam in honore sancti Martini (3), cum omnibus ecclesiis ad se pertinentibus, cum terris, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarum decursibus, cum exitibus et regressibus, et omnibus integritatibus, pro mercede D. Karoli imperatoris et animas nostrae remedio ac conjugis nostrae, ipsi loco et suis ab hodierna et in posterum perpetualiter concedimus possidendam; et ut nostrae confirmationis auctoritas, Domino protegente, nostris futurisque temporibus inconconvulsa permaneat, manu propria subter firmavimus et annuli nostri impressione insigniri jussimus. Signum Bosonis serenissimi Régis. Stephanus notarius ad vicem Àdalgarii recognovit. Datum ni nonas decembris, indictione xn, anno i regni domini Bosonis. Àctum Kariloci monasterio, in Dei nomine féliciter.

Collationné : MARJOLET.

(3) Cette petite abbaye de Saint-Martin était située dans le faubourg de Mâcon ; elle fut ensuite donnée aux moines de Cluny par le roi Louis d'Outre-mer en 140, ou plutôt par l'empereur Louis l'Aveugle, fils de Boson, au commencement du X^e siècle.

(4) Adalbert était évêque de Saint-Jean-de-Maurienne en 878 et 879.

C.-U.-J. CHEVALIET.